



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

4. Irrito etiam pro alterutra sententia certatur ex Patribus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

& gloriam, tanquam de voluntate vna loquamur, electio ad gloriam, ex meritis licet gratia liberalis, & gratuita dici potest, intelligitur eo sensu, & acceptione recte poterit illud Augustini contra Semipelagianos 7. de corrept. & gratia: homines scilicet gratia electos fuisse ad regnandum cum Christo. Hæc iuxta doctrinam Augustini, qui de prædestinat. Sanctorum capite 17. & vbiuis vocationem secundum propositum propriam prædestinatorum censet. Alij enim Patres apud Iustinian. 8. ad Rom. num. 5. (ex quibus Lessius de prædestinatione sect. 3. num. 30.) quancunque vocationem ex liberali Dei voluntate, ac non ex operibus legis, & naturæ, vocationem secundum propositum dici ab Apostolo censent, communemque esse etiam sufficienter ex gratia Dei vocatis non prædestinatis: ac proinde n. 38. fideles omnes vocatos secundum propositum sibi intelligit: quasi pia coniectura, & ex præsentium eorum statu prædestinatos illos omnes Apostolos censet, & vocet, vt significat August. quandoque de bono perseverant. cap. 22.

CERTAMEN IV.

Irrito etiam pro alterutra sententia
certatur ex Patribus.

1. **P**orro ex dictis ad scripturæ loca pro alterutra opinionione ab eius Patronis inducta satis constat nihil pro alterutra sententia ex Patrum testimoniis ad eadem loca scribentium firmum asserti pro alterutra sententia posse: quare eorum recitatione, & explicatione abstinere, ni eorum multitudine, & inculcatione minus Doctos turbati quandoque posse iudicare: ergo per capita saltem, & quasi per summam, memoranda, & explicanda non iavilliter censet: & pro negatiua in primis afferuntur ad id Matthæ. 20. Non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo. Chrysostom. homil. 6. in Matth. scribens: Sed, quibus labore, atque sudore paratum est? Epiphanius hæresi 69. Si laboraveritis erit vobis paratum. Cyrillus. 10. Thes. c. 6. illis, quos excessus certandi commendaverit. Ambros. 5. de fide cap. 3. vt ostenderet patrem quoque non positionibus deferre solere sed meritis: quia Deus personarum acceptor non est. Unde Apostolus ait: quos præcivit, & prædestinavit. Non enim ante prædestinavit, quam præcives, sed quorum merita præcivit, horum præmia prædestinavit. Quem Apostoli locum ita etiam interpretantur vt meritum absoluta præsentia prædestinationem ad gloriam antecesserit. Origen. 7. in eam epist. Theodoret. Theophil. Euthym. Oecumen. Sedul. Theodul. apud Salmer. Tolet. & Iustinian. in cap. 8. & 9. ad Rom. & Damas. Dialog. contra Manich. nos ad iustitiam, & sanctitatis opera hortatur: vt in eorum numero simus, quos Deus bonos fore præcivit, atque ad æternam vitam præordinavit: idque deinceps ipsum explicatius ait: prævidens Deus ea, quæ nos sponte facimus, ea scilicet, quæ sunt in nostra potestate, etiam ea, quæ non sunt in nostra potestate prædestinavit. Sed Vasquez d. 93. citata c. 3. (qua erat ingenij, & interpretandi sinceritate, & rigore) plerisque ex Græcis Patribus citatis censet non prædestinationem, siue electionem ad gloriam præcise, sed ad gratiam etiam, qua ad gloriam prædestinati ordinantur siue proprie, & strictè, & rigore Theologico acceptam prædestinationem, & voluntatem ex meritis, seu operibus ex nobis, naturæque viribus absolute factis, atque à Deo præstis habitam à Deo esse iudicavisse: quare præsentis sententia directo testimoniis illis non favere, sed nondum ex octo ventilato, atque ab Augustino profligato, ex quo redderentur cautiore Semipelagianorum errori, vt præcis Patribus ante, exortos ventilato; atque ab Ecclesia examinatos alios errores, immò & scholasticis Doctoribus peritissimis, & acutissimis eis favere vñ venit, & Damascenti verba aniam huic interpretationi offerunt non

leuem. Sed, quidquid de hoc sit, de prædestinatione, & præparatione æterna ad præmij, & regni donatorem, & collationem executum facile prælati Patres explicantur, vt Ambrosij, (qui difficilior ex recitatis est) locus expresse: & petitionis materia fuit, quæ de executiva sedium ad dexteram, & sinistram collatione erat, & verba non est meum dare vobis; sed quibus paratum est à patre meo satis suadent: executivum vero præmij, & gloriæ præparativum voluntatem affirmantes electionem efficacem ad gloriam ante absolutam meritæ prædestinationem, non negant, sed fatentur Catholicæ imino vero sua ipsa conclusione asserunt, & supponunt: cum electionem illam suam antecesserit ad gloriam non nisi per merita ipsa absoluta obtinendam, & propter eadem absolute præmissa dandam asserant, & defendant.

2. Augustini locus pro negante sententia vigetior, atque huc ex instituto explicandus remissus cert. 1. numero 1. ex quest. 2. ad simpliciā. Ita vt Bellarminus 2. de lib. arbitrio, cap. 15. mutatam postea in suam affirmantem ab Augustino negatiuam fuisse asserat. Hanc vero sic videtur tradidisse quest. 2. ad simpliciā. Non quia Deus invenit opera in hominibus, quæ eligat, sed quia illud manet, vt iustificet credentes, ideo invenit opera, quæ iam eligat ad regnum Calorum: inferius, Non tamen electio præcedit iustificationem, sed electionem iustificatio, subdit rationem. Nemo enim eligitur, nisi iam distans ab eo, qui reijcitur: Ante opera vero absoluta nulla est subiecti, vel eligendi, vel reijciendi distantia, seu diversitas, ob quam eligatur alter, alter reijciatur, vt patet eadem vero sententia consistit semper Augustinus, vt liquet ex 4. de prædestinat. Sanctorum, & de bono perseverant. c. 10. & 21. & item 7. de verbis Domini secundum Matth. gratuitam electionem ad gratiam ab electione ad gloriam, quam non, nisi ex meritis, & remuneratoriæ agnoscat, sic distinguens, elegit autem, & secundum illius gratiam, & secundum suam iustitiam. Quamvis præceptoris sui doctrinæ, & mente illustrissimus discipulus Prosper 2. de vocat. gent. c. 35. adbat. Deus ergo iis, quos elegit (ad gratiam, vt ex sequentibus liquet) sine meritis dat, unde oritur ex meritis: & frustra dicitur, quod ratio operandi non sit in electis: cum ad hoc operetur vt electi sint, scilicet efficaciter ad gloriam: siquidem inefficaciter independenter, & antecesserit ad merita, vel prædestinatione ipsa interpretatur, vel anteriori intentione salutis eorum formaliter, electos ad gloriam prædestinatos vti que admittit iuxta dogma Theologicum sensibus à nobis explicatis certam. 1. à num. 2. & cert. 2. à num. 4. & præsertim vbi discretionem prædestinati à reprobo pro præsentis nature ad prædestinationem à S. Thom. num. 3. rectam (et si velis ab Augustino nuper) explicatione vltima designavimus. Denique cum Augustinus ante hæc semipelagianam ortam examinatam, & ex iustitia discussam, in eam cum Græcis Patribus consentire vel inclinavit: cum tunc ex præstis meritis natura, quæ gratiam præcederet, nec aliter decerni nobis à Deo gratiam doceret, ita, cum ex meritis gratiæ absolute prægloriam Catholicè censet, non, nisi ex eis absolute prægloriam electionem efficacem ad gloriam à Deo haberi censuisse credendum est. Respondetur tamen eis locis efficacem vocationem executivam, & collationem gloriæ asserti ab Augustino: aliam vero efficacem intentionem ad hanc prædestinatorum ad gloriam, ex qua efficacia ad hanc obtinendam media prædestinatione præparatur ab eo non negari, nec asserti: etsi enim reprobi à prædestinato diverfitatem supponendam ad electionem indefinitam dicat, ad denominationem electionis, sensu aliquo non satis ab ipso explicato, requisivit, vt eo etiam electio electionem prædestinati præ reprobo de eorum exitu electionem gratia salus facta sunt: non, vt iustificationem gratia salus facta sunt: non, vt eligantur, quæ electio fiat: ad vitam æternam, sed vt eligantur, quæ iustificentur.

instituentur: certe ista electio ita oculis est, ut in eadem conspersione nobis appere non possit: alias cum id de electione absolute dicat, quin nominet efficacem, omnem electionem ad gloriam ante absoluta merita prædestinati minus catholice negaret, ac sibi contradiceret: cum ea quæstione ita agat contra Pelagianorum errorem, quem vobis confutat, ut ad eam se quæstionem, vi exactissimam suam contra eos disputationem, remittat: id autem re ipsa electio ad gratiam est, quam citat sem. 7. electionem expresse vocavit. Nec vitima ratio quidquam præstat. Nam cum Semipelagianismum, post valde ab ipso confutatum, tenuit merita ex propriis viribus medium, & necessarium ad gratiam à Deo obtinendam censibat: Quare neque velle gratiam poterat ex eorum antecedente intentione, siue propter merita ut finem, quia ordinis intentionis, & executionis esset inaccessio, & rerum ipsarum contradictio: ut scilicet, quod natura sua medium est, eius, quod natura etiam sua finis solum illius esse poterat, finis esset, nec posset velle dare gratiam, quia meritum semipelagianum dare vellet, quod gratie effectus non erat, sed natura. Cum autem merita ex gratia Dei media ad gloriam sint, ex huius intentione antecedente, ac propter gloriam, ut finem per merita obtinendam amari illa, atque gratie auxilia præparari absque ulla repugnantia & inconsequentia posset Augustinus docere, ac velle Deum dare gratiam, quia vult dare gloriam, quæ illius mediis meritis effectus est.

3. Affirmantis sententia Patroni producant Augustinum 7. de corrept. & gratia scribentem de prædestinatione. *Quoniam secundum propositum vocati sunt, profectio electi sunt per electionem ut dictum est gratia, non præcedentium meritorum. Electi sunt autem ad regnandum cum Christo: cum Christo vero regnare de regno temporaria iustitia, & gratia in hac vita nullquam dicitur, sed de æterno solum beatitudinis regno, quod rursus explicat. Illi ergo electi ad eternum regnum suum, cum 12. & 13. regnum, ad quod electi sunt, & à gratia temporaria & à perseverantia distinguit, & æternum esse ita scribit. Numerus ergo sanctorum per Dei gratiam Dei regno prædestinatus, donata sibi perseverantia, illuc integre profectus. Et illic integerrimus sine fine beatissimus servatur. Et quidem erectio hæc ad regnandum cum Christo non est ad gratiam primam vocationis, nec temporaria iustificationis, & adoptionis: nam ex numero ita electorum plures deficiunt perseverantia defectu, quare nec integerrimus, nec sine fine beatissimus servabitur: quare nec eiusmodi electio, quæ perseverantia, ac subinde glorie æternæ electi non coniungitur, propria prædestinationum est, ut electio ad regnandum cum Christo, & sine fine, de qua hic, & vbi de eiusmodi electione loquitur. Audiatur cap. 22. de bono perseverantia. Si qui obediunt, sed in regnum eius, & gloriam prædestinati non sunt, temporales sunt: cum ergo ad gratiam vocationis, & adoptionis, & perseverantiam cum gloriæ regno ipsorum coniuncta, electos sine meritis esse oporteat ex Augustino prædestinatos quosvis, ut tales & secundum propositum in eius, & Pauli phrasi vocati sint, ad gloriam etiam sine meritis, ac proinde antecedenter ad merita, & efficaciter electos esse censendus Augustinus est docuisse: siquidem electio sine meritis ad Regnum, gloriæ ex qua media efficacia ad perseverantiam, & gloriam cum eis infallibiliter coniungendam prædestinationum sine vocatorum secundum propositum propria, & necessaria, & gratuita, atque eorum absoluta merita præcedens, ac sine eorum meritis à Deo habita per Augustinum non, nisi efficax esse posset: immo id totum proxime videtur Augustinus docuisse, cum aiebat. Quicunque ergo ab illa originali damnatione ista gratia divina largitate discreti sunt, non est dubium, quod & procuratur eis audiendam Evangelium, & cum audiunt credunt, & in fide, quæ per dilectionem operatur usque in finem perseverant, etsi quando exortantur emendantur. Dubium autem esse poterat an electio, & discretio gratuita ab Augustino asserta efficax ab ipso crederetur, & foret idque de mente esse Augustini constat viterius ex eius intelligentissimi discipuli Prosperi epistola ad ipsum quæ extat ante Augu-*

stini libro de prædestinat. Sanctorum, ubi doctrinæ præceptoris de prædestinatione super hac re explicationem ab ipso reposcit: *Quomodo per hanc prædicationem propositi Dei, quo fideles sunt, qui præordinati sunt ad vitam æternam, nemo eorum, qui cohortandi sunt, impleatur, ne occasione negligentia habeant se prædestinatos esse desperent. Quia scilicet censetur electionem, & gratiam, & ante merita efficacem, cum ad finem, tum ad gloriam ad prædestinationem, & vocationem electorum & vocatorum secundum propositum ab Augustino esse constanter assertam. Atque ita eius mentem in Gallia à Massiliensibus intellectam: ut esse de electione & proposito divino cui resisti ab electis, atque ita vocatis nequeat, refert Prosper ibi & Hilarius sua epistola ad Augustinum, quæ epistole Prosperi iuncta circumferuntur: quin Gallorum impostura præceptoris suo Augustino ipsi ibi conquerantur, nec Prosper ad capitula Gallorum c. 7. & 2. de vocat. gent. c. 16. nec Fulgentius 1. ad Monimac. cap. 8. & 13. nec Augustinus ipse: immo vero tam Augustinus lib. de prædestinat. Sanctor. & de corrept. & grat. quam ipsi eius Allectæ Augustini sententiam ex scriptura confirmare contendunt. Accedat Augustinum illud 1. ad Timot. 2. vult omnes salvos fieri non semel, sed sæpe, de solis prædestinatis intelligere: ac proinde gratiam, atque à meritis independentem intentionem gloriæ ad electionem mediæ solummodo efficaciam inducitur, & cui resisti non possit solum agnovisse: ut omne hominum genus in duas classes, alteram ita electorum antecedenter, alteram electorum dimiserit, ut taciti etiam, nec reclamantes Prosper, & Hilarius de sancti Augustini mente apud Gallos stata, & evulgata suis epistolis ad ipsum retuleret.*

4. Hæc tamen omnia neque ex intento, neque ex textu sunt, neque ex mente Augustini pro affirmante sententia, intentum enim Augustini libris de correptione, & grat. de prædestinat. Sanctorum, de bono perseverantia, & vbi de gratia, & prædestinatione ad gloriam agit contra Pelagianos, & semipelagianos erat meritum omne ad gloriam quovis modo, & gradu conducent ex Dei gratia, non autem ex operibus viribus naturæ adhuc initiatæ, & inchoatæ esse: ac proinde gratiæ, & prædestinationis nullam ex parte nostræ, & naturæ viribus causam dari: ex quo fit, ut de electione, non quidem directa, & formalis ad gloriam, siue gloriæ prædestinatorum, sed gratiæ, siue ad gratiam formaliter, hoc est de præparatione gratiæ efficacis ad gloriam infallibiliter per eam obtinendæ, siue formalis in eius phrasi prædestinatione (quæ interpretatur, & præsuppositivæ ratione intentionis, ex qua gratia eiusmodi eligitur, gloriæ per eam obtinendæ voluntas est) loquatur Augustinus, quoties de electione gratiæ ad regnum, siue ad regnandum cum Christo loquitur: nihilominus, nil omnino de eius intentionis præsuppositæ ad prædestinationem, siue electionem, & præparationem gratiæ illius efficaciam, vel inefficaciam (impertinente scilicet propterea ad institutum illud suum quæstione) curans. Id ipsum contextus Augustini ubique suadet: cum electionem semper cum prædestinatione coniungat, gratiæ electionem vocet, & æternam in Dei voluntate, & temporariam in eius effectu, gratiæ nimirum donatione, & collatione, utramque gratuitam, atque meritis ex nobis, & naturæ viribus non esse probat 1. de prædestinat. Sanctorum ex illo ad Rom. 11. Reliquia per electionem gratia salva facta sunt, in cuius libro, c. 17. ait: *Intelligamus ergo vocationem, quæ sunt electi, non qui eliguntur, quia crediderunt: sed qui eliguntur, ut credant. Vocationem autem non sunt formaliter electi, neque ad gloriam, neque ad finem æternam, & internam Dei electionem, quæ vocatio non est, neque esse potest: sed externa solum, ac temporaria, quæ internæ, & æternæ illius voluntatis divine, & efficacis effectus est: sed neque actiue electi electione alia antecedente ad fidem, aut gloriam fieri vocatione illa possunt, ex qua vocatio ipsa eiusque præparatio, seu prædestinatio ita vocati proveniat: Cum causa per suum effectum nequeat fieri nisi implicatorie, quod prius natura est, ad posterius se ipso trahatur, & posterius natura retro trahatur ab ipso prius: censeat*

igitur

dente efficaci, & gratuita ad gratiam, non autem ad gloriam testimonia illa esse monstrauimus. Et uocatione ipsa formaliter constituta, ubi de electione externa loquitur Augustinus, vel prædestinatione ipsa, ubi de interna, & æterna Dei electione loquitur. Et sane superfluo Doctores isti exoticam eam phrasim Augustino imponunt, cum distinctione illa sua ordinis, intentionis, & executionis ipsi familiari satis habeant, ut perfunctoris solutionibus ad testimonia Patrum (quorum contextum plerique ex R-centioribus Scholasticis non legunt, & intentum non attendunt) pessimo in scholas inducto more utrique responderent. Inaudite locutionis suaderetur, atque, vel partim affirmanti probandæ, vel obiectionibus contra illam eludendis, aut uerisimiliter eludendis, ex usu esse posse oportere, electionem efficacem antecedentem expellam, & formalem gloriam, vel eius, ad quod prius quis eligitur, & cui illius affectione fit, etque conformis, ac tubinde in ea phrasi electus, aliquo Augustini textu, atque uerisimili interpretatione probati: nisi enim ea prima electio statuatur, cui secunda conformetur, non extrahitur, illa uero prima electio nec adductis, neque illo Augustini testimonio uerisimiliter probatur ut ex dictis nunc constat: unde ille ordo intentionis, & executionis uoluntatum, seu electionum glorie efficaciam ad rem præsentem euanescent, neque uerbis illis Augustini ex sermone illo 7. recitatis, que aperte de electione gratie, siue ad gratiam sunt: quod autem occasione erroris Pelagiani, ac Semipelagiani confutandi locis pro affirmante sententia productis de electione gratuita ad gloriam ante merita absoluta ex gratia prouenientia contra Patrum antiquiorum communem sententiam eam non admittunt, nisi post merita gratie sententiam suam Augustinus dixerit, neganti sententia contra affirmantem plurimum donat: nempe communem, uaniquam, & statim apud Patres antiquos sententiam negantem fuisse, à qua nimirum nisi Ecclesie declaratione, ac definitione in oppositum extante, quam hæcenus non extare aduersarij fatentur) nulli ne Augustino quidem, citra temeritatem recedere liceret. Fallum autem est illam de efficaci electione ad gloriam antecedente merita absoluta ex gratia præuenientia ante Scholasticos seculi proximi, nedum apud antiquos Patres, extitisse.

7. Secundo Augustinus ubi de electione gratuita, ac siue meritis agit, de ea ut dogmatica ueritate à scriptura, & Apostolo præsertim tradita agit: atqui per aduersarios electio gratuita, & ante merita prouenientia ex gratia dogmatica ueritas non est: ergo nullibi Augustinus de electione ad gloriam antecedente merita gratie agit, sed solum de antecedente merita naturæ siue Pelagiana siue Semipelagiana ad prædestinationem, vel secundam omnem sui partem vel secundum eius inchoationem & initium, ut Semipelagiani errorem Pelagij moderabantur. Confirmatur: quia Augustinus, ubi de electionem antecedentem merita Pauli testimoniis, atque argumentis ab eo tactis in primis confirmat. Pauli uero testimonia, & argumenta omnia contra electionem ad gratiam, seu prædestinationem ex meritis purè nostris, siue ex operibus per naturæ vires habitis, omnino sunt: ergo pro hac solum electione efficaci ad gratiam, seu prædestinatione antecedente merita naturæ ab eisque independentem agit Augustinus. Tercio Augustinus ex instituto contra Pelagianos, ac Semipelagianos agit contra electionem ad gratiam, seu prædestinationem dependentem, & subsequenter ad merita uiribus naturæ habita, ita electi, & prædestinati, sicuti & Paulus contra Iudeos, qui iustificandos se ex legis operibus naturalibus arbitrabantur: atqui locis omnibus, que ab aduersariis producuntur, & reliquis, quibus de antecedente electione ad merita prædestinati (que æque ab ipsis pro affirmante sua sententia produci possunt) nullique proinde aliis, contra Pelagianorum errorem de subsequente electione gratie, & prædestinationis, ad merita naturæ pugnat Augustinus: ergo contra hunc eis omnibus pugnat, non contra aliam opinionem prorsus Catholicam, quam, nulloquam (aduersariis ipsis parentibus) inleclatur. Pater: quia uerbis, locisque omnibus explorato sententia erroneæ, quam ex instituto Augustinus, cum Paulo impu-

gnant, aduersis contra illam eos non pugnare, sed contra aliam occasionalem, contra quam extendi, utique possunt, pugnas, est sano cuius homini incredibile: immò, & Augustino, & Paulo irrationale: nempe ubique, quasi instituti sui præcipui, tantique ad fidem momenti, quod sibi eis omnibus locis proposuerunt, obliuio ad occurrentes aliud, de quo cum disputationem instituebant non curabant, sed casu inciderunt totam disputationis suæ aciem diuertisse. Quarto inde atque ab absurdo uergetius arguo: quia concilia, quibus Pelagianorum, & Semipelagianorum errores damnati in Ecclesia ab Augustini temporibus suis, testimoniis Pauli, & Augustini acti ad eorum damnationem immerito fuerint, cum omnia utriusque loca iuxta affirmantis sententia Patronos de electione ad gloriam antecedenter ad merita orta ex Dei gratia sensum legitimum, atque ab utroque intentum habeant, non autem de electione ad gratiam, quam si habent eis Doctoribus non prolium cum in eo iuxta iuentum, & institutum Pauli, & Augustini intelligi necessario debeant: unde imprudenter saltem, eis testimoniis actos, motosque eorum Conciliorum Patres, & Ecclesiam: immò, & Ecclesiam seductam ad eorum errorum damnationem fuisse dici posset: quod est blasphemum. Quin, si sensum ab affirmantis sententia Patronis legitimum etiam Pauli, & ipsum interpretantis Augustini testimonia habeant, habereque possint, altero de electione ad gratiam efficacem, & prædestinatione independentem à meritis naturæ non excluso, posset quis erroris Pelagij, & Semipelagianorum damnatos non esse contendere: sed potius sententiam negantem electionem efficacem ad gloriam ante merita absoluta à gratia prouenientia, atque ab eis independentem: siquidem testimonia Pauli, iuxta Augustini intelligentiam, quæ damnationi præstentur, cum sensum legitimum, & capiunt etiam, & habent. Alij uero æque utramque negatiuam sententiam electionis efficacis ad gratiam, seu prædestinationis antecedenter ad merita ex propriis uiribus, & glorie antecedenter ad merita gratie fuisse damnatam, cuius oppositum affirmantis Patroni, & Theologi reliqui certum esse asserunt, & supponunt. Iam Prosperi testimonia ab affirmantibus inducta ualque ita intelligit 1. part. d. 89. c. 5, ut electionem etiam ad gloriam, scilicet collatam, & executionem ex meritis ab adiuncta gratia profectis, cum Patribus omnibus Semipelagianis admiserint, ut ea referunt loca, nusquamque de eo illos fuisse ab Augustino, aut Prosperi refulatos: sed solum de eo quod adiunctam gratiam primam auxiliantem, & prædestinationem ex operibus nostris initium, inchoationem, & ausulum saltem tenuissimam sumpsisse docuerint: Id quod solum de euacuanda difficultati opposita lat erat.

8. Adde Semipelagianos ulterius non admisisse specialem Dei prouidentiam, siue specialis gratie præparationem erga prædestinatos, præ reprobis, sed gratiam etiam suam æqualiter, & in communem utrique offerre: ab ipsis uero inæqualiter participari, prout ex propriis uiribus ad illam percipiendam, promerendamque inæqualiter conabantur: ac proinde prædestinationem, & reprobationem, per quam alij uasa honoris, alij uasa contumeliæ iuxta Apostolum, sunt, non incipere à libera, & gratuita Dei uoluntate dandi aliis specialem gratiam, efficacem, qua certo ad regnum obtinendum diriguntur aliis prætermisiss: unde aliorum prædestinationem ad regnum, atque aliorum à regno reprobationem in uoluntate efficaci diuina illud conferendi, aut denegandi post præuista merita, & bonum, abolutum, vel malum usum gratie illius in commune, & æqualiter cunctis oblatæ, inæqualiter uero pro naturalis conatus inæqualitate participatæ sitam solummodo esse: quare nec Deum bona opera, aut merita uia prædestinatis donare: sic eorum sententiam refert Augustino Prosper episc. citat. Itaque quantum ad Deum pertinet, omnibus paratam uitam æternam: quantum autem ad arbitrii libertatem ab his eam apprehendendis, qui Deo sponte crediderint. & auxilium gratia merito creditatis acceperint. Hilari, lita etiam epistol. ad August. sic etiam ex illis recitat, Non ergo elegit Deus opera cuiusquam in præsentia, qua ipse donaturus est: sed fidem, elegit in præsentia: ut quem crediturum esse præsentis, ipsum

9. His opposita, apponendaque omnia pro assumante sententia Augusti, testimonia vrgentiora, etiam illa recitata n. 3. facile exarantur; sed hac etiam offensam hactenus Augustini mentem de electione formali expressa, & efficace ad gratiam antecedenter atque independentem

proinde à meritis Pelagianis, ac Semipelagianis per naturae vires habentes fempus fuiffie, apertè dixerunt: *et enim c. illo 7. de corrupt. & grat. dixit: eliguntur in fine suo ante constitutionem mundi per electionem gratia fua autem gratia; iam non eis operibus, aliis gratia non est gratia. His autem ultra expreflam electionem gratiae, quae glorie formaliter non efl, cum Apoftolus afferat, Apoftoli eiuſdem argumeto contra illam, qui legis notitia, & naturae facultate operantur, prope quae Dei gratiam iactabant le conſequi, vitum comites, imipelagianos, & ſenſu quidem eodem, ut arguitur, nempe fi ob merita ex natura vniuſus orta Dei gratia, praedefinitio à Deo habeatur, gratiam non iocunditiam: ergo horum ſolum praecedentiam ad gratiam gratuitam electionem, feu praedefinitionem Deo potius antecedere non poſſit. Confirmatur: quia de excuſatione meritorum ex Dei gratia malò, & contra ſeipſam argueret: quia ex eo quod merita ex gratia procedunt, dona beneficia, & gratia ſunt: quia ut item conſtat àit à Deo donantur, in radicem congrua gratiam: & ergo aliam ad gratiam ob merita ex gratia ac ſubſidia gratia donatur, male argueret, gratiam non fore gratiam: quae à Deo male inde gratiam ob eiufmodi merita dici poſſe negaret. Confirmatur totum verbi Auguſtini, quentibus; *electi ſunt per electionem, ut dictum eſt, gratia non praecedentium meritorum forma; quia gratia eſt omne meritum*. Confirmatur ſecundo: quia merita praecedentia ex gratia non euacuant rationem gratiae glorie, quae ob eiufmodi merita datur: ergo male cederet praecedentiam meritorum praedefiniti ad electionem gratiae proximiſis verbis; *quia gratia eſt illis omne meritum*. Si loqueretur de meritis gratiae, non de virtutum naturae praedefinitio ſolummodo. Antecedens ſi Tridentini ſupra recitati, ubi gloriam pro meritis in gratia orta dant, *gratiam pro gratia dant apud illos* à Auguſt. cum ſape alias, tum epifl. 170. *Præ ſta autem meritis praecedentibus redditur; tamen, quia eadem merita quibus redditur non nobis parua ſunt per naturam meritum, ſed in nobis facta per gratiam tantum* (a vita aeterna) *gratia munusculum*. Quato verba ipſi optulit: *electi ſunt, quia ſecundum propoſitum vocati ſunt*: ſatis offendunt non loqui Auguſt. de electione glorioſitate, & antecedente merita, & vocationem ſed de electione gratiae: alias enim vocatos, quia electos quod electos, quia vocatos diceret: ſiquidem non electos quod electis, ſed electio potius vocationis cauſa foret: quoniam vero vocatione efficax gratiae auxiliantis per ſingulas occupationes vſque ad finem vitae, quia omnes praedefinitio completitur coniuncta, & infallibiliter ceteroque conuexa cum iuſtitia, perfeuſerantia, & gloria aeterna electione ſcientiae mediae, quia dirigunt, electio ipſa vocationis, ſue praedefinitio, virtualis, & interpretatio electio ad iuſtitiam perfeuſerantiam regnum ſue regnandum cum Chriſto eſt ac merito appellatur: quia ſola mortione fidei & mandatorum alibique vſa determinatione, atque infallibili, adhuc conſequente, neceſſitate mortis ad iuſtitiam, & aeternam vitam, vita aeterna datur *loam 12. Mandatum enim vita aeterna eſt, & c. 17. Hac eſt vita aeterna, ut cognoscant uſum dæmonum verum*. Et quem miſſi ſunt, Chriſtum: immò auxilium quouis gratiae, ſufficientis adhuc, neque effecum habentis ex eo ſolum, quod abſolute habere effecum poſſit gratia iuſtificationis ab Auguſt. epifl. 170. & alibi frequenter vocatur, ut mediocriter in ipſo verſatum eſt: citius praedefinitio ſecundum le totum ſolam ſumpta, ſue electio ad gratiam per ſingulas occupationes determinat infallibiliter, & neceſſario conſequenter ſaltem, cum iuſtitia perfeuſerantia, & gloria regni conuexa electio ad iuſtitiam ac in ea perfeuſerantia & regnum, ſue regnandum cum Chriſto, & potius quod iure, ab Auguſt. dicitur. Confirmatur: ſiquidem ex neceſſitate conſequenter, & infallibili coniunctione vocationis ſufficientis reprobo datur cum eius perditione, tamenſi ergo intentione antecedente, adhuc inefficace, neque ex decreto regulato per ſcientiam mediae eius perditione, & iniquitate, electus ad etramque reprobus electus ab Auguſtino ibidem ſcribente, *Deum tamen Apollin elegeſſe ad regnum: Inſanum vero ad effundendum ſuum ſanguinem*.*

10. Denique eadem consequente necessitate constat prædestinatorum numerum integritatem electione gratie efficacis regulata per scientiam mediam, & in prædestinatione inclusa seruandum, nec posse, possibilitate consequente, electione gratie illius, & virtuali ad regnum, resisti; tamen electio efficax ad regnum merita non antecedit: quod autem efficacia auxilia per occasiones, etiam singulas, ad bona opera iustitiam, perfectam, & gloriam denique obtinendam ex inefficaci gloriæ intentione eligi à Deo, & conferri prædestinatis possunt diximus hic, & ostendimus non semel, fusiſſeque ex instituto contr. 6. d. 3. q. 2. cert. 2. & 3. Quare nihil inde ex ratione interpretationi eorum testimoniorum ab affirmatiua Patronis subiuncta euincitur: immò nescio, quia fronte ab aliis præter Dominicanos Thomistas, cum quibus nunc non agimus) ea ratio afferatur: quandoquidem ceteri (cum quibus res nunc est) è sola inefficaci gloriæ intentione totum negotium, quod absque electione gratie efficacis per occasiones singulas fieri nequit) prædestinationis peragi à Deo posse fatentur. Ex quibus negligenda potius, quam diluenda veniunt plura alia testimonia Augustini, quales illud est ex c. 14. de corrept. & grat. Deo volens saluum facere nullum humanum resistit arbitrium, si enim velle, & nolle in volentis est potestas, ut diuinam voluntatem non impediat: nec superet potestatem. Vbi nec de voluntate, & electione remuneratoria gloriæ propter merita præuisa (quibus Deo volenti saluum facere de facto, & exercite non resistit, neque alia subiuncta virtutis voluntatis, & potentie diuinæ commendatio foret, quam si diceret, neminem illis resistitur qui non resistit, siue ex suppositione, quod non resistit) sermo esse potest; sed de voluntate & electione ad gloriam antecedente merita, immò nec voluntate conferendi auxilia efficacis ad perseverantiam merendum, quæ salutis expressa, & formalis voluntas non est, qualem Augustini verba significant: sed nec de voluntate, siue intentione salutis, & gloriæ inefficaci, cum sit volenti Deo saluum facere non solum resisti ab aliquo possit, verum & à perſeque (reprobis scilicet) de facto resistitur. Confirmat vero Augustinus hanc doctrinam de potestate Dei ad homines pro suo arbitrio saluandos, si velit ex l. Reg. 10. & obierunt potentes, quorum Deus tetigit corda cum Sôph. Ex cuius regni intentione efficaci Deus Principum populi corda tetigerat. Ne verò de fine temporali materia à Deo scilicet diuersa) extra rem adduci nonnulli respondeant ita coeſiger. Si ergo cum voluerit Reger in terra Deus constituere, magis habet in potestate sua voluntates hominum, quam ipsi sunt: quis alius facit, ut fiat in corpe corde corrupto, ut celesti constitutur in regno, & c. 20. idem responsum ita confutat. An forte existimant ad regna terra faciendam Deum voluntates inclinare: ad regnum vero celeste obtinendum Deum non inclinare, quorum voluerit voluntates? de gratia & libero arbitrio c. 46. illud Ambrosij, quem vult religiosum facit, ad idem probandum laudat & inducit, & cap. 49. scribit: Eum sine peccato esse, quem Deus vult talem esse. Ambrosij locus ex lib. 7. in Lucam truncatus (est autem genuinæ eius mentem) recitatur, ut non totam aperiat: integer sic habet. Quos dignatur vocare, & quem vult, religiosum facit, ubi explicatur voluntas Dei obtinere certo, & infallibiliter actus liberos nostros, siue vlla resistentiā: est enim non nuda voluntas Dei illorum intentiua, sed, ut coniuncta cum efficacis vocationis electione, quam illa prima verba declarant, quos dignatur vocare congrue nempè, atque ita vocando, quem vult religiosum facit, & sane, cum absque efficacis intentione salutis antecedente ad medium electionem è sola efficaci, & efficaciam mediorum electione diuina salus obtineri, ac certo, & infallibiliter obtineri, à nobis possit, ut aduersarij fatentur, nequeatque nisi Deo absolute volente saluum facere obtinere: oportet, ut intentione inefficace salutis ita saluandorum Augustini sententia generalis, absque intentionis illius efficacis, ab aduersariis saluetur: ut nec ita saluandi possint resistere: in eis autem sola impotentia consequens resistendi ratione adiuncta, atque ex ea intentione subortie electionis mediorum efficaciam per scientiam mediam, ut diximus, directæ, & regulatæ inuenitur, quare ea generali Augustini doctrina, nihil cum de efficaci intentione absoluta salutis mediorum electionem ac subinde meriti

Christoph. de Ortega de Deo Vno, Tomus II.

ta saluandorum antecedente cogitasse fatendum aduersariis est, ut certe non cogitauit; sed solum de potestatis siue omnipotentie diuinæ virtute, in qua respectu voluntatis, quantumvis rebellis humanæ efficacis auxilia, tametsi intrinsecè indifferentia continentur: ac proinde si Deus circa salutem cuiusvis, quantum potest facere, velit, nullum arbitrium creatum vquam de facto resistit, immò nec poterit consequente possibilitate resistere, (est autem antecedente vtpotè liberum possit) nec diuinam voluntatem impedire, aut superare potestatem.

11. Nec fortioris armaturæ illud est, quod ex August. 3. contra Iulian. c. 3. afferbatur ad duplicem voluntatem efficacem, siue electionem ad gloriam, alteram ordine intentionis merita absoluta prædestinati antecedentem, alteram ordine executionis ad illa subsequentem. *Elegit autem, & secundum suam gratiam, & secundum illorum iustitiam.* Hic enim, sicut & reliqua loca Augustini, & de electione ad gratiam non autem ad gloriam formaliter & expresse est, sed virtualiter solum & interpretatiue, nec merita ex gratia excludens, sed Pelagiana, & Semipelagiana solum excludens ex virtutibus naturæ, contra quæ solum vbius de electione gratuita prædestinatorum agit inuehitur: id quod ex eo c. 3. speciatim præstat & expresse. Probat enim esse electionem gratuitam ex 11. ad Rom. Reliquia per electionem gratia salua facta sunt. Ex quibus inferet. Si enim de tuo opere præsumis: ergo merces tibi redditur non gratia condonatur: si enim gratia est, gratis datur. Cum autem de prædest. sanct. c. 10. dicat eo prædestinationem à gratia differre, quod illa gratia preparatio sit, gratia verò sit ipsa donatio: atque hic gratiam condonari, gratiæque donari, de auxilio gratiæ, sicut Apostolus per quod alij ab aliis discernuntur, planè loquitur. Alij vero vtramque electionem colligere volentes ex eodem August. q. 2. ad Simplician. quod ibi præter electionem iustificatorum ad vitam æternam aliam, qua qui iustificentur eliguntur, (tametsi occultam) agnoscat, satis ostendunt parum se in August. esse veritatos: immò & Augustini textum, quem producunt non legisse: ut enim vidimus supra n. 2. solum ait se non satis intelligere: quo modo nulla præcedente meritorum diuersitate ex parte electorum propria ad primam vocationis gratiam electio esse possit, quam Apostolus ad Rom. 8. illis verbis, ut secundum electionem propositum Dei maneret non ex operibus sed ex vocante dictum est, &c. & sane eligi qui suæ, ut iustificentur, eligi ad gloriam esse vllatenus intelligere non potest: cum gloria ad iustificationem non ordinetur; sed potius è conuerso ad gloriam ordinetur iustificatio: quare de electione ad gratia vocationem sermo est perspicuus. Tandem alij idem excitati c. 3. contra Iulian. verbis illis, nullum elegit dignum, sed eligendo facit dignum conantur deducere: agit enim aperte de electione ad gratiam; alioqui cum negatiua vniuersalis de omni electione sit, si de electione ad gloriam loquatur, nullam ex meritis condignis esse hæresi manifesta doceret. Mitto illud quod in consultius adhuc ad intemum idem producant ex c. 8. de bono perseverantia: in scrutabile iudicium Dei esse: cur ex duobus peccato originali, aut actuali infectis vnus assumitur aut vocatur congrua vocatione, alter relinquitur, & vel non vocatur omnino, vel non congrue vocetur? Denique cur ex duobus iustus vni deus perseverantia, alteri non item? Id enim de electione ad vocationem, & gratia est, & ex parte illorum nulla inueniri assignari posse ratione discretionis illius ac proinde ad occulta Dei, ac voluntatis iudicia recurri solummodo cum Apostolo posse significat: ea fors etiam ratione donum perseverantia, etiam secundum eam prædestinationis partem, quæ perseverantia dono respondet, dari sine meritis aliquando August. significat, quia ex equè iustis vni sæpè à Deo datur, & alteri denegatur: quare, nec in ea discretionem ratio meritorum videtur haberi. Concludo, ergo, nihil ab autoritate pro parte alterutra firmum asseri: tametsi pro affirmante debiliora adhuc sint, quæ proferuntur.